

lestem regem querebant, etsi nihil regale videbant in eo, tamen solius stellae testimonio contenti, gaudent. Oculi eorum contemptibilem puerum aspiceret non potuerunt, quem spiritus in corde eorum terribilem demonstrabat; haec ille. Hanc eandem adorationem contemplatus attentissime d. Bernardus (ser. de Epiph.) ait: O felicissimi reges, cui prociiditis? quem adoratis? fallimini. Ubinam regalis custodiae satellitum? Ubi aureae cortinae, ubi thronus, ubi diadema regium? Pro custodia bestias video: pro throno stabulum et praesepe: pro ostro, et purpura pannos; pro diademate paleas. Quis est iste Rex Iudaeorum, pauper, et dives, humilis, et sublimis; parvulus, et immensus, vilis in pannis, pretiosus in stellis? Huic admirantis d. Bernardi interrogationi Magnus Leo Papa (ser. 4. de Epiph.), his verbis sapienter respondit: O perfectae scientiae mirabilem fidem, quam non terrena sapientia erudit, sed Spiritus sanctus instituit. Videtur, et adoraverunt puerum, quantitate parvulum, alienae opis indigum, fan- di impotentem, et in nullo ab humanae infantiae generalitate dissimilem. Quia sicut fœdita erant testimonia, quae in eo maternam invisibilibus divinitatis assererent, ita probatissimum esse decebat, Verbum carnem factum, et sempiternam illam essentiam Filii Dei hominis terram suscepisse naturam. Tandem, ut iam huic hominiae ultimam colophonem imponamus, Ob- tulerunt ei munera, ait divus Matthaeus, aurum, scilicet, thus, et myrrham. Non munera villa tradiderunt, ut olim Cain, sed praestantiora, ut alter Abel. Abel quidem idem est, quod luctus, et paupertas, et tamen obtulit alacriter meliora: Cain vero, quod interpretatur possessio, obtulit cum dolore villora. Rem sane lacrymandam, et hac nostra tempestate non parum invalescentem: divites villa Deo donant, etsi aliquando, quod raro fit, magna ex corde impuro illa proferunt, quo exigua et villa illa reddunt: at pauperes offerunt quod possunt. Unde Christus de vidua illa pauper- cula duo aera minuta in gazophylacium mit- tente, ait: Fidua haec pauper plus quam omnes misit. Adeo procul dubio hominum malitia ex- crevit, ut Deo semper deteriora deferant, vitae quidem decrepitam senectutem, temporis horas inutilis, et saecularibus negotiis ineptas, ye- stium, quas longo usu detritas floccipendunt: tandem ex suis liberis, quos ubi vultus turpitudinem, corporis inelegantiam, vel ingenii hebetudinem mundus execratur, et a se longe abiicit, hos Dei obsequio in monialium, et mo- nachorum monasteriis dicant, maledictionem illam divinam non pertinescentes (Maloc. 1): Maledictus dolosus, qui habet in grape suo mac- sculum, et rotum faciens immolal debite Domi- no. quia Rex magnus ego, dicit Dominus exer- citum; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA III

Alia pulchra glossosata in Evangelium, quod Ecclesia catholica in die Epiphaniae canit, ab illis verbis, quae iterum variis animi conceptionibus locupletantur: Ecce Magi ab Oriente venerunt.

Ecce Magi. Vox ista, Ecce, index est, quo nobis praecipuum aliquod mysterium intuen- dum proponitur; ad quod saepius usurpatur: Ecce Virgo concipiet: ecce somnator venit: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei: ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: Magnum igitur aliquid hic nobis Evangelista pro- ponit, magnum quidem, quod Magi venerunt ad Iesum. Quae enim convenientia lucis ad tenebras? quae participatio iustitiae cum iniquitate? quid sancto cum cane? quid infidelitatis tenebrae cum fidei catholicae luce? quid insillitiae cum idolorum cultu? quid sanctitatis cum gentilitatis canibus? quid magicae arti cum sacra Theologia? quid superstitionis cum religio- nis? quid auguribus cum prophetis? quid phan- tasticis illusionibus cum catholicis revelatio- nibus? Divinam profecto mysterium, ad quod nos attendere Evangelista desiderat, cum ait: Ecce Magi; ac si diceret: attendant catholici, quomodo magicae artis sectatores, artem qua Deo servire addiscant, amplectuntur, et qui docentem daemone audierunt, ait dicit b. Hieronymus: Magi de Oriente docti a daemoniis venerunt in Bethlehem; ad praesepe veniunt, ut a coelesti infante, non in cathedra sedente, sed in emis iacente doceantur: Ecce Magi; quasi diceret: Quamvis admiratione dignum sil, an- gelos e coelo delapsos ad tenelli infantis pedes provolutos: quamvis mirum sit, rudes pasto- res supernorum antea ignaros mysteriorum, Deum humana carne conlectum agnovisse; mirabilis tamen est sacrilegos, et maleficus, pu- blicos divini nominis hostes, manifestos idolo- rum cultores divino sese imperio subdidisse. Atque hinc coepit adimpleri, quod dixit Apo- stolus (Phil. 1): In nomine Iesu omne genufle- ctatur, coelestium, terrestrium, et infernorum. Etenim e coelis sancti angeli descendunt; e terra pastores; ex inferno infidelitatis Magi, viri, qui tartareas umbas incolant. Mira- bile sane prodigium, ad quod iure optimo nos attendere iubet Evangelista (Matt. 2): Ecce Ma- gi; ac si diceret: admiramini illi oleum vir- tutum, de quo dixit Sponsa (Cant. 1): Oleum effusum nomen tuum, cuius fragrantia ex He- iusalem ad Persiam usque pervenit. Quis un- quam crederet liquorem Romae effusum ad Indias usque plagas perventurum? Hoc ho- die accidit: etenim tanta fuit huius divini un- guenti vis, ut e Bethlehem ad extremas usque mundi plagas perlingeret; indeque sanctos re- ges ad praesepe adorandum attraheret. Mirum in modum huius unguenti virtus enituit in cruce effusa, sed eius fragrantiam ad unicum tantum Christo proximum Iatronem, et ad pau- cos, qui revertebantur percutientes pectora

sua, legitimis tunc pervenisse. Sed hac die adeo mirabilis exiit, ut e praesepe cunis non proximum Iatronem tantum, et Centurionem, sed tres Orientales reges, remotissimas regio- nes incolentes, odoris illius suavitate attraxe- rit. Hunc praefiguravit trium regum adventum, qui Iobi patientiae in sterquilino sedentis, ob- doze allecti ad eum consolandum advenere (Job 2): Audientes tres amici Iob omne malum, quod accidisset, venerunt singuli de loco suo, ut vi- sitarent eum, et consolarentur. Sic Christus in stabuli praesepe a tribus regibus invisus fuit: de quibus nequaquam illud de amicis Iobi dici potuit: Onerosi consolatores omnes vos estis, sed divitiis suas impertientes, pretiosa ei munera obtulere. Ecce Magi. Aciem oculorum intendite, intueamini teneri infantis virtutem, qua effro- nentem gentilitatis feram protrivit, et regias pur- puras, regia sceptris, et coronas deiecit, nec ve- xillum reliquit, quod non ad eius pedes pro- voleretur. Heroicum hoc regis nostri gestum victoria illa praesignavit quam lapis medicus de excelsa regis Babyloniae statua reportavit. Vidit in somnis Nabuchodonosor excelsam mo- lem, caput aureum, brachia, pectusque argen- teum, ventrem aeneum, terrees habentem pe- des: hanc irruens e monte parvus lapis con- trivit, quae in frusta concidit. Quatuor illae metalli species quatuor insignia figurabant Imperia, Chaldaeorum, Persarum, Graecorum, et Romanorum. Aureum caput Chaldaeos denota- bat divitiis abundantes. Pectus, et brachia ar- gentea Persas, qui prius in duo divisi fuerant imperia, Persarum, et Medorum, postea in unum collecti indivisum imperium construxere. Sonorum ventris aes, Graecorum tum in ar- mis fragorem, tum in dicendo eloquentiam. Ferrea crura Romanorum monarchiam, qui universa dominia suo iuri subegerant. Terrei pedes, qui ferro difficile adhaerebant, simu- lata Romanorum foedera denotabant. Lapis tan- dem e monte delapsus Christus fuit e Mariae excelso monte egressus (1. Cor. 10): Petra au- tem erat Christus, qui superbam gentilitatem in verum Deum insurgentem continuit (Matt. 2): Ecce Magi. Quasi diceret, sapientes hi, quos Graeci philosophos dicunt, Galli Druidas, Indi Brahmaes, Aethyopes Gymnosopistas, Chal- daei Magos, non sapientia tantum pollebant, sed regia etiam dignitate erant insignes. Ele- nim voluit Deus gentilitatis primitias reges esse, ut servire Deo regnare esse, omnibus comper- tum esset. Haec d. Iohannis visio figuravit, cum Christum sanguinolenta indutum veste conspex- it, in cuius femore verba illa expressa ap- parebant: Rex regum, et Dominus dominantium. Sanguinem vestis colorem, et regis insignia perpendamus: consuetum hinc Dei morem in- tueamur, qui nec praemia elargitur, nec ti- tulus insignit, nisi qui ad sanguinem usque resistunt, vel eius amore adversa sustinent, vel cum antiquo hoste dimicant. Homerus re- gibus hoc salutare exhibuit consilium, ut heras proferat radices, sed candidos flores; significare volens, nulli unquam candidos praemii flores elargiendos, nisi prius nigram laborum radi- cem praegustasset. Novimus Abraham, saugui-

ne effuso in circumcissione, auctum fuisse no- men ex Abram in Abraham, multaque bona illi fuisse promissa; Sara vero e contra, quia sanguinem non effuderat, nequaquam nominis augmentum, sed diminutionem, et decremen- tum accepit: una namque littera ab eius no- mine dempta fuit, et quae prius Sara nomi- nabatur, Sara deinceps dicta est. Hoc eodem modo semper aeternus Pater se gessit erga Christum: sanguinem enim post octo dies circum- cisus effudit, continuo vero glorioso Salvato- ris nomine insignitur. Sanguinem iterum in horto effudit, cum factae sunt guttae sangui- nis decurrentis in terram; statimque nominis crescent insignia, et ab Evangelista Iohanne, Iesus Nazareus, id est floridus, nuncupatur, quo nomine nunquam prius fuerat ab eo ap- pellatus. Tandem in cruce exanguis pendens, sanguine, et cum eo vita, effuso, Anima enim carnis in sanguine est, denno novus cumula- tur nomen titulus, Iesus Nazareus Rex Iudaeorum. Cum igitur Iohannes vidit Christum regis ornatum titulus, sanguinolenta tamen veste, certe id aperte denotabat, Christum no- minis sui exaltationem per effusionem sangui- nis comparasse, nec alia via coelestia praemia a nobis esse promerenda, et obtinenda nisi magis laboribus. Illud etiam in hac Iohannis visione nostro instituto aptissimum perpenden- dum est, regium Christi nomen in extremis fere simbriae partibus expressum esse, quod aliquo vel in diademate, vel in pectore, vel in alia eminentiori corporis parte, ut moris esse solet, gestandum videbatur: bene quidem, sed altius tendebat divinum consilium: femore enim in sacris litteris generationis huma- nae series designatur: Omnes animae carum qui egressi sunt de femore. Hinc est, quod Abra- ham servum suum militem, ut mulierem suum filio tradendam adduceret, iravit in femore. Volens igitur Christus Dominus aperte nobis spiritualium suorum generationem illa propa- gandum, ut nati filii regia dignitate praecal- lerent, in femore regis describit titulus (Apoc. 19): Rex regum, et Dominus dominantium. Quod rei probavit eventus, hi namque inter primos Christi filios regia dignitate pollebant. Noscamus hinc Deo exhibitam servitu- tem regnandi nomen promereri: servire Deo regnare est; sicut e converso, servire homini- bus, remigare dixerim. Quod non obscure do- cuit Deus, cum dixit (Isai. 23): Mittam te sicut pilam. Intorquetur crebris ictibus pila, et nunc patientem offendit, nunc ad lapidem al- liditur, nunc hinc, nunc inde retunditur, us- que dum discussa, ab omnibus neglecta in ster- quilinum abiicitur. Hoc ergo est, quod Domi- nus minabatur, dicens (ibid.): Mittam te sicut pilam; quasi diceret: a regiae dignitatis cul- mine deturbatus concides, et in servitute infi- ma redigeris, et veluti instabilis pila mox abiicienda hinc inde retusis disiecteris. Huc prisci illi respicientes, cum pro liberis homi- nibus sacra faciebant, eorum hominis simu- lacrum offerebant; cum pro liberis, eorum pilam, ut ostenderent exhibiti tam hominibus servitutem innumera incommoda comitari. Quod si hominibus parere, et inservire, tam est mu-

lestum, qui erit propriis et inordinatis obedi-
entibus, qui veluti inhumana monstra in
aurem suam insurgentia continuis cruciatibus
torquent animos? *Servietis*, ait Scriptura
(*Hier. 16*), *dis alienis, qui non dabunt vobis re-*
quiem. An non experitur hoc ambitionis secutor,
quod amor cupiditate captus? carnalis ab
inhonesti honoris flammis exustus? avarus pec-
uniarum siti inflammatus? qui ne per momen-
tum quidem temporis requiescant. Praesigna-
bant hoc tradita ab Aegyptiis Israeliticis pen-
sa, quae nisi perfectissent, ut ait Cyrillus (*lib.*
3. in Ioan. cap. 34), verberibus affliciebant: ad-
ditque aliud inauditum tyrannidis genus, quod
praecipiebant eis paleas queritare, quibus
ignis ad coquendos lateres nutrire. Non abs-
que divino consilio id factum putandum est,
sed consulto, ut immani illa tyrannide ea, qua
mundus suos assecas infestat, ad vivum experi-
meretur: sic enim erga eos se gerit, ut non
solum importabilia onera humeris eorum im-
ponat, sed ab eis pretium onerum propter il-
la postulet, et extorqueat: opus enim est, ut
pro obtinendis officiis, aut dignitatibus ingen-
tes argenti, et aut sumptus faciant, ut in eor-
um persona praedixerat Hieremias (*Thren. 5*):
Aquam nostram pecunia bibimus. Verum tamen
si demus insanus huius saeculi cultoribus, be-
nigne ab eo pertractari, nec quidquam mole-
stum ab eo sustinere, aut indignum ad nulum si-
bi liberaliter donari: quid haec proderunt ei,
quod voraces inferni flammæ in aeternum exur-
endum spectant? Revocata, quaeso, in mem-
oriam Cainum plisquam per quinque millia an-
norum inter ardens ignis flammam se voltan-
tando, quod tamen tempus quasi momentum
est respectu aeternitatis, quae finem non no-
vit: et perpende illud Isaiae (*c. 33*): *Quis habi-*
tabit cum ardoribus sempiternis? facileque
a mundi illecebris abducimini. *Ecce Magi*, ac si
diceret, advertite eos, quos ad Christi pedes
suppliciter provolutos intuemini, nequaquam
infimae conditionis, sed regiae dignitatis, sa-
pientes, et viros clarissimos esse. Verum quid
quaeso mysterium in hoc laetis, cui attentos nos
voluerit Evangelista? Novum ne videtur nobis
viros debili cultum Christo exhibere? No-
vum sane non est, sed bene rarum, et minus
usitatum; istiusmodi enim ut plurimum sunt,
qui liberis vitibus se dedunt, et quos iure op-
timo ambitionis, vindictae, sensualitatis, et pro-
fanitatis seminarium dixeris, quae tamen fa-
ciora nobilitati minime adscribenda sunt, quippe
qui nativa sanguinis generositate polletent
ad divina charismata suscipienda rusticis et in-
cultis hominibus minime ineptiores sunt, ma-
xime cum Iob dicat (*c. 1*): *Deus potens non abie-*
cit, cum et ipse sit potens. Sunt ergo nobilitum
delicta liberae et effocatae ipsorum vivendi
consuetudini imputanda, non generis nobilitatis,
et sanguinis splendori. Aegyptios olim plagis
afflixit Deus, inter quas non minima omnium
fuit, quod flumina converterit in sanguinem; sed
illud in hoc effusit mirabili discrimine, quod
hauriente Aegyptio aquam sanguis apparebat,
hauriente vero Israelita aquam, liquor crystal-
linus probat, itaque pro haurientis manus
discrimine, vel aqua, vel sanguis haurieba-

tur. Non dissimiliter, quod nobilitas, vel di-
vitiarum affluentia, aut novicia, vel proficua
sit, ex discrimine manus illis utentis valde de-
pendet: nam si vir probus, nobilis, et dives
sit, nobilitate non intumescit, divitiis non su-
perbit: iniustum nemini inferit; at si impius
sit, ignobiliores se vilipendit, divitias in libi-
dine explenda, ac in profana pompa nutrien-
da absumit. Exprobravit hoc Deus, cum ius-
sit Ezechieli abrasos et capite pilos, alios ven-
torum ludibrio committendos, alios igni tra-
dendos, alios ad diversas mundi plagas spar-
gendos. Symbolum hoc egregie ob oculos po-
nit nobilitum huius tempestatis morem, quo-
rum facultates vel honorum venti abstrunt,
vel sensualitatis ignis comburit, vel in alen-
dis canibus venaticis, aut in lautis et splendi-
dis celebrandis conviviis, necnon in profanis
ludis eas expendunt. Heu summam nobilitum
et divitum in Deum ingratitude, dum bona
animi, et corporis, quibus Deus Optimus
Maximus eos locupletavit, in varias Dei of-
fensas intorquent, et contra Omnipotentem, qui
bellum contra illum movens, superbitur.
Haec ingratitude ad vivum descripti Alcia-
tus (*quodam Emblemate de capra lactante catu-*
lum ubera); depingit capram imo praebentem
ubera, qui postquam crevit, proprio ere, quo
lact saxerat, nutrici vitam ademit. Inscriptio
Emblematis erat: *En mea me post ubera pascebat*.
Attendat divites, et quam fabulam audiverunt,
in ipsis verissimum historiam esse conperiant.
Emittit continue Deus in divites undantes be-
nefactorum imbres, titulis, honoribus, ceteris-
que bonis extollit; ipsi tamen ad saeculi pom-
pas, ad violandas virgines, ad pauperes op-
primendos eis abutuntur. An non est hoc be-
nefactorum viribus veluti armis in munificen-
tissimum donatorem Deum insurgere? Iure op-
timum queri possit, et exclamare: *Ma me post*
ubera pascebat: benefactorum ubera ipsis admo-
veo, quorum tamen lacte nutriti in me ipsum
insurgunt (*Isai. 1*): *Filios enutrivit, et exaltavit*,
ipsi autem spreverunt me. Revocent quaeso hic
in memoriam mirabilem illam visionem b. Ioa-
annis in sua Apocalypsi. Vidit virum equo in-
sidentem, et qui comitabantur, mors, et infer-
nus apparebant. Epuletur nobiles et divites,
honoribus et divitiis suis intumescant, cocer-
nent se rosas antequam marcescant, non sit pra-
tum, quod non pertranscat luxuria eorum, ex-
ullent et laetentur in rebus pessimis, et sciant
tamen a morte, et inferno multandos. Poten-
tes, subdit Propheta, poterit tormenta patien-
tur. Temporalis igitur dignitas, et nobilitas o-
portet ut Christianae militiae consortium sem-
per habeat: etenim, ut adnotavit divus Tho-
mas (*super epist. ad Hebraeos c. 7. lect. 1*), sacer-
dotalis dignitas antiquitus solis primogeniti-
tis concedebatur, ut disceremus, militiam num-
quam a religione secerendam. Certe Moyses
Israelitarum dux, et Aaron summus Sacerdos
germani erant, ut nosceremus temporale do-
minium cum spirituali potestate quadam affi-
nitate coniuncta. Hinc est, quod semper Sum-
mus Pontifex Petrus claves gestans, et ei pro-
ximus Paulus Tarsensis eques nudato gladio
in imaginibus exprimitur, ut militiae et no-

bilitalis exercitium cum religionis operibus co-
pilanda dignoscamus. Unde si animi generosi-
tatem eques praesertit, vel cum equum do-
maret, vel in palestra viriliter decerat, non mi-
noribus praecentis extollendus est, si vel ec-
clesias frequentat, vel reluctantes animi pas-
siones domet. Hoc exequabatur Salomon: nam
cum templum Deo aedificare coepisset, sibi
proximam templo domum extruxit, ut paries
tantum unus interesset. Atque haec ratione Eze-
chias rex cum aegrotaret, mortis nuncio au-
dito, ut Hebraei doctores adstruunt, ad parietem
sese convertit, ut ad templum, quod versus
illam partem erat, dirigeret orationem. Immo
et David ea proximitate domus suae cum tem-
plo non contentus, ostium aperiri iussit, quo
et domo facilis esset in templum ingressus, quod
deinde rex Achaz occludi mandavit, regis cu-
iusdam gentilis cum Achaz confederati, qui
Theglath Phalasar dicebatur, importunis pre-
cibus rogatus. Haec sunt, quae mundani ho-
mines regibus consilia adhibent, quibus limen
beneficendi occultant, ut pecunia non offerat-
ur, nisi ad iniurias ulciscendas, nec dignitas
possideant, nisi ad insolenter superbendum.
His aditus principibus occultatur ad orandum,
ad eleemosynas elargiendas, ad infirmos visi-
tandos, ad captivos redimendos, et ad paupe-
res sublevandos, latissimumque patet ostium,
quo ad epulas, ad obscena spectacula, ad ludos,
ad adulteria tendant: hoc nunquam oc-
cluditur, semper patet, immo et in dies magis,
ac magis patet, ut latior sit ad inferos via,
ut Christus Dominus edixit (*Mat. 7*): *Lata est*
porta, et spatiosa est via, quae ducit ad perditionem.
Cum igitur a principibus, et nobilibus vi-
ris non satis usitatum sit Deo debili cultum
et obedientiam exhiberi, et bona sua in di-
vinum obsequium expendere, attentos nos vult
Evangelista; et ideo ait: *Ecce Magi*, qui tamen
si nobiles, et principes, ad Christi pedes pro-
volvuntur, et preciosiora quae habent, ei offer-
runt. *Ab Oriente venerunt*. Divus Iohannes Chry-
sostomus solito suo dicendi more miris effert
laudibus Abraham, et nativo solo ad Orientis
usque plagas peregrinantem, a Deo vocatum.
Difficillime tunc, ut ipse adnotat, itinera huius-
modi peragebantur: neque enim in longissi-
mis illis viarum spatiis civitates, aut loca istius-
modi extabant, a quorum incolis viatores pe-
regrinantes reciperebantur, sed per horrida, et
deserta loca peragrandum erat, flumina trai-
cienda, alpestresque montes transitendi, immo,
quod maius est, inter efferas, et barbaras na-
tiones degere praecipiebatur. Vocans, ait Isaia
(*c. 46*), *ab Oriente iustum, et de terra longin-*
qua virum voluntatis meae. Idem ergo Deus est,
qui hodie sanctos hos reges per difficillima viarum
spatia ad natum infantem in cunabulis
adorandum adducit. Pudeat Christifideles, ait
Chrysostomus, qui vel aestivi solis radios, vel
cadentes imbres formidantes, a misericordiae,
et religionis operibus abstinent. Pudeat Hebraeos,
et, dum Persas ab Oriente ad Deum adoran-
dum adventantes vident, quem illi nec sibi ip-
sibus proximum venerati sunt (*Isai. 23*): *Erube-*
sce Sidon, ait mare. Mare continuis fluctibus ag-
gitatur, atque adeo nunc undosis motibus in-

tumescit, nunc profundis vorticibus submer-
sionem minatur: quam tamen ut vitent nautae,
portuum confugia petunt, ut ventorum incur-
sus effugiant. Mare Sidonem portum allocutur
(*ibidem*): *Erubescce Sidon, ait mare*; ac si
diceret: Quod in instabilibus undantibus maris fluctibus,
continuis ventorum flatibus agilitis li-
gua immergantur, mirum non est; sed quod
Sidonis portus montibus vallatus, ventorum
flatibus non subiacens, naufragium patiatur,
hoc omnem superat animi admirationem. *Erubescce*
Sidon, ait mare. Crispinae itaque, quod
gentiles populos, et catholicos crediderim re-
periri: Gentiles namque, et infideles turbatum
mare praesecerunt, malignorum spirituum in-
cursibus infestatum, et vitiorum flatibus agi-
tatum, quibus immortalium animarum naves
demergunt. Verum catholica Ecclesia tutum
exhibet navigantibus portum, ab excelsis ange-
lorum montibus protectam, quem innumerum
honorum exemplorum, legum, sacramentorum
fortissimi satellites muniunt. Nec tamen Hebraei
mentis aciem intendebant, ut Christum sibi ip-
sibus proximum quaerent, quem Persae et remo-
tissimis regionibus adoraturi anxie quaerant.
Erubescce Sidon, ait mare. Copiosa proculdubio
supplet erubescendi materia, cum hodie in
idololatris ipsis tanta Dei cognitio efflavit, ut
gentiles reges divinae legis iugo colla subdere
non exhorruerint, et tamen catholici Dei mi-
lilitiae adscripti Christum non solum non vene-
rari, sed et eius militiam, cui nomen dederant,
deserere non erubescunt. A saeculo confregisti
iugum, rupisti vincula, dixisti, non serviam.
Hoc est quod erubescere debes. *Erubescce*
Sidon, ait mare, nisi Deo horribilem vindictam
in te experiri velis; cui sit honor, et gloria
in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IV.

*Prosequimur incepta glossemata Evangelii
Epiphaniae, illa verbi illustrantes:*
Venerunt Hierosolymam: neque enim in longissi-
mis illis viarum spatiis civitates, aut loca istius-
modi extabant, a quorum incolis viatores pe-
regrinantes reciperebantur, sed per horrida, et
deserta loca peragrandum erat, flumina trai-
cienda, alpestresque montes transitendi, immo,
quod maius est, inter efferas, et barbaras na-
tiones degere praecipiebatur. Vocans, ait Isaia
(*c. 46*), *ab Oriente iustum, et de terra longin-*
qua virum voluntatis meae. Idem ergo Deus est,
qui hodie sanctos hos reges per difficillima viarum
spatia ad natum infantem in cunabulis
adorandum adducit. Pudeat Christifideles, ait
Chrysostomus, qui vel aestivi solis radios, vel
cadentes imbres formidantes, a misericordiae,
et religionis operibus abstinent. Pudeat Hebraeos,
et, dum Persas ab Oriente ad Deum adoran-
dum adventantes vident, quem illi nec sibi ip-
sibus proximum venerati sunt (*Isai. 23*): *Erube-*
sce Sidon, ait mare. Mare continuis fluctibus ag-
gitatur, atque adeo nunc undosis motibus in-

Venerunt Hierosolymam. Petunt nonnulli, cur
intrauitibus Hierosolymam Magis continuo stel-
la disparuit. Tria occurrunt, quibus haec quae-
stio dirimatur. Primum est: civitas illa sacer-
dotibus, et in sacris litteris versatis abunda-
bat viris, quibus possent de nato Domino ad-
moneri: et ideo cum in terris iam haberent
quos consulenter, novae stellae debuit cessare
miraculum: vult enim Deus homines ab ho-
mioibus edoceri. Unde quavis d. Paulo di-
vinitatis suae vultum detegeret, nihilominus
ad Ananiam illum misit, ut ab eo instruere-
tur (*Act. 22*): *Vade Damascus, et ibi dicitur*
tibi, quid te oportet facere. Angelus etiam Cor-
nelio apparuit, ut legitur in Actis Apostolo-
rum, ad d. Petrum militi, ut doceretur. Pote-

ceps si, ut facere coeperat, servorum consilia pressisset, qui Eliseo prophetae obediendum dicebant, leprosus remansisset: *Eti, aiebant illi, rem grandem tibi dixisset Propeta, certe facere deberas; quanto magis, quia nunc dicit tibi, lavare, et mundaberis?* Acquivit cano illo- rum consilio, et sanatus est. Verum in ad- hibendis in nostris negotiis consiliariis, sanctos hos reges imitari debemus, non indoctos, sed sapientes viros consulentes. *Ne subicias te, ait Ecclesiasticus (c.4), omni homini pro peccato, quod Graeca lectio trasulit: Ne subicias te stulto confessori pro peccato: ne indoctis viris conscientiae tuae arcana reveles, admo- nere enim nescient; sed, prudentibus, de quibus dicitur (Proo.14): Acceptus est regi minister intelligens. Quod sancti reges intellexerunt Hierusalem ingredienti, ubi legis peritos nove- rant, interrogantes: Ubi est qui natus est rex?*

*Vidimus stellam eius in Oriente. Tria sunt in verbis his perpendenda. Primum est, quod s. Leo hic advertit, stellam hanc, quae Magis apparuit, inter illas connumerandam esse, de quibus dixit Dominus ad Abraham (Gen.22): Multiplicabo semen tuum sicut stellas, et sicut arenam, quae est in litore maris. Duo videtur Deus innuisse filiorum Abraham genera, primum caeleste, sicut stellas; alterum terrestre, ut arenam, quae est in litore maris: dicens ergo Evangelista, caelesti stella duos Magos, Vidimus stellam eius, significare voluit, sanctos hos reges non pertinere ad filios Abrahae terrestres, sed ad caelestes. Secundum perpendamus oportet, diversum in vocandis gentibus Dei morem esse. Rudes pastores angelicus vo- cabus vocavit, sanctos vero hos reges, quasi generoso pollentes animo, tametsi e remotissimis regionibus, et maxime incommodis, solo nutu unius stellae, divino Spiritu intus operante adduxit. Elucet in hoc Dei diversa so- gerendi ratio qua cum perfectis et imperfectis ulitur, quam explicuit divus Bernardus, verba illa Cantici exponens: *Traha me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum: ait enim, quod cum de se loquitur Sponsa, trahendi uti- litur verbo, de peritoque vi quadam attrahi; cum vero de adolescentulis aliis sermonem facit, eas odoris fragrantia allectas currere dicit: verba Bernardi sunt: Quid enim? forte Sponsa indiget trahi, et adolescentulae non indigent? Sed duplicem ostendit Deus vocandi modum: quos- dam tribulationibus, quosdam suavitate quadam attrahit: et subdit divus Bernardus: *Trahimur, cum tribulationibus exerceamur, currimus; cum terrenis consolationibus visitati tanquam in su- colentibus unguentis respiramus.* Ait igitur Sponsa se, quia in diligendo Deo fortissima erat, ideo asperitate quadam per tribulationes attracta, ceteras vero adolescentulas recentia virtutum germina, suavitate odoris allici. Di- scrimen hoc inouit Isaias verbis illis: *Filii tui de longe venient, et filiae tuae de latere sur- gent.* B. Hieronymus transtulit: *Filiae tuae lac sudent: Septuaginta: Filiae tuae super humeros portabuntur.* Ultimam in Evangelistae verbis notandam est, quod videntes stellam Magi, il- lico e Hierosolyma discesserunt, nec aliquid inter vidimus, et venimus, intercessit, fideique**

bona opera adiunxerunt: quod eos admonet, qui divina luce irradiati, stimulis conscientiae agitati ad melioris vitae sectandam nor- mam, procrastinantes manus admoveere differunt, quos similes dixerim, vel inanis, quae quamvis hinc inde moveantur, semper tamen in eodem cardine voluntur: vel sphaerae, quae semper in eodem centro immobiliter manens circum movetur. In hos invehit Isaias (c.14): *Poenam eam in possessionem heretici, hoc est eos, qui ad me converti differunt, heretici poena mulctabo: quae verba satis quidem difficultia, ut exponamus, recolamus memoria, quae Pie- rius Valerianus de hoc animali scripsit. Ve- teres, inquit, ut procrastinationis damna in me- liori vita sectanda exprimerent, hereticum de- pinxisse in partu crepantem, his subscriptis verbis: Procrastinationis damna. Animal hoc partus tempore adventive, quia filiorum suo- rum aculeis, cum e matris visceribus egre- diuntur, acriter pungitur, differt partum; et crescentibus foetibus, et prodire canantibus, grossioribus effectis, tandem aculeis matris vi- scera acris dilacerant. Idem procul accidit peccatoribus poenitentiam procrastinantibus; dum enim conversionem differunt, agentur in dies peccatorum aculei, magisque ad magis propriis succumbunt passionibus, et ad extre- mum divinis inspirationibus spreis, infelicis- simo mortis genere prae multitudine peccato- rum crepantes, misere intereunt. Cum quis fraudentis cum lusoribus aleis ludit, a quibus universa substantia facile diripitur, amicus ut a ludo desistat, iterum et iterum admonet; illo tamen non acquiescente, si casa contingat lucem extinguere, nec iterum accendi posse, in- vitus a ludo cessat: ita sane accidit ei, qui cum tribus fraudentis lusoribus ludit, mundo, car- ne, et daemone. Admonet Deus continuis in- spirationibus, deleteret minis, aeterna suppli- cia proponit, morlem ad memoriam revocat; sed tandem illo haec omnia spernente, vitae lu- men ei extinguit, et velit nolit, a laetis con- vivitiis, a male partis pecuniis, a meretricio concubitu, et his similibus abstinere compellitur. De his dixit Augustinus (in Spec. miser- kun.): *Forte dices tibi, cum ad senectutem ve- nero, aut aliqua infirmitate detentus fuero, tunc poenitentiam petam: promisit mihi Deus veniam, quando me correxero, securus sum de promi- sione: ecce consentio, quod peccatori poenitentia promisit Deus veniam, sed tamen diem crasti- num non tibi promisit. Cum igitur, fratres, in- certi sitis de die crastino, incessanter vigilate, ut si mors pulsaverit laetum, dignos vos in- veniat ad comparandum laeto animo ante su- prenum tribunal Christi.**

HOMILIA V.

Agitur de vocatione Magorum ad fidem ca- tholicam amplectendam, cum ex variis locis s. Scripturae, tum ex ss. Patri- bus, necnon de liberali munerum eorum oblatione, quaedam magna observatione digna traduntur.

Præsens festivitas, licet nomine una, re ta- men multiplex esse perhibetur, Ecclesia ca- tholica canente: *Tribus miraculis orationem diem sanctum colimus, hodie stella Magos duxit ad praeseptum, hodie iordan ex aqua factum est ad nuptias, hodie in Jordane a Ioanne Christus bap- tizari voluit.* In quo duo, quae latent, sacra- menta ante omnia oportet detegere. Primum est, quare Christus voluerit signanter regibus Magis se adorandum praebere die sexta ianua- rii, et sexta etiam die eiusdem mensis aquam in vinum convertere, et eadem taodem die in Jordane baptizari: in haec enim circumstantiae temporis convenientia, non potest non etiam aliquid mysterii delitescere. In primo illud la- tere, arbitror, quod sextam diem elegerit ad haec portentosa celebranda mysteria, quia nu- merus senarius, ut constat ex sacris eloquiis, sacratissimus est, ut observavit d. Augustinus: in sexta enim die supremus rerum Artífex sua perfecti opera, et requievit ab omni opere, quod paterat: unde et Orpheus cecinit: *Et aetate in sexta studium fuisse canendi.*

Sex diebus gloria Domini se ostentavit su- per montem Sinai: sex alis Seraphini coope- ribant caput, et pedes Dei: sextus mensis fuit, in quo factum est, verbum Domini in manu Aggaei prophetae: sex annis servus Hebraeus serviebat Domino suo: sex annis praecipitur in Levitico, terram seminari: sex diebus collige- batur manna, et sexta die duplum legebatur: sex diebus praecipit Dominus circumiri urbem Iericho cum aeta Domini, et clangentibus tu- bis: sexta aetate Deus hunc venit visere mun- dum factus homo. In aedificatione deinde Do- minici corporis, in cuius figura templum a Iudaeis destructum, triduo se reaedificatum dicebat, numerus ipse senarius mystice pos- itus intelligitur: dixerant enim Iudaei (Joan.6): *Quadrangula et sex annis aedificatum est Tem- plum.* Porro quadragies sexies seni fiant ducenti septuaginta sex, qui dierum numerus complet novem menses, et sex dies, quibus in ulero Mariae virginis clausus est Christus, ab octavo enim Kalend. Aprilis, quando passus est Do- minus, nam et tunc etiam creditur fuisse con- ceptus, usque in diem octavum kalend. Ianu- arii, quo natus est, computati dies, ducenti septuaginta et sex reperuntur, qui senarium numerum quadragies sexies habent.

Ad haec hora sexta iuxta puteum, sedens fatigatus, mulieri Samaritanae divini fontis fluenta aperire dignatus est: quod mysterium d. Augustinus exponens dixit: *Iam incipunt*

mysteria: non enim frustra hora sexta sedet. Quare hora sexta? quia aetate saeculi sexta sedet. Dominus. Sexto deinde mense, annunciate archangelo, integrata Virgo Maria lausto di- vino Spiritu Redemptorem nostrum concepit, et, ut graves attestantur doctores, feria sexta fuit natus, et feria sexta ieiunium quadraginta dierum terminavit, et feria sexta, et hora sex- ta pro homani generis salute in crucem actus fuit. Ac tandem tunc ab hora sexta tenebrae factae sunt super terram. Annotat autem eru- ditus auctor Petrus Bongius (libro de mystica numerorum significatione), ex doctrina divi Augustini (libro quarto de Trinitate), necnon et Hugonis (libro de Sacramentis legis naturalis), senarium non esse numerum perfectum ex eo, quod omnia creata sint illo dierum numero, sed e contra illa infra illum numerum fieri voluisse Deum, quia ille numerus perfectus ex se est, utpote constans ex duobus ternariis, ternarius autem perfectissimus omnium est. Quid autem sibi velit, quod tria illa mysteria Ma- gorum, baptismi, et conversionis aquae in vi- num eadem hora sexta contingerit, ego sane optior per id indicari perfectionem, et excel- lentiam horum mysteriorum: nam, ut tam vetusta, quam recentiora historiarum monu- menta tradunt, insignis eventus, tam adver- sus, quam secundus, eadem die contigisse ob- servatum est. Ut enim refert Plutarchus (lib. 5. synop.): Plato septima die Aprilis natus, et sep- tima eiusdem mensis mortuus est. S. Gregorius magnus, Platina id referente, septima die Martii electus fuit in Pontifice, et post tredecim annos septima die Martii translatus fuit in paradisu- m. Decimasexta die Martii, teste Plutarcho (in Ly- sandro), Athenienses, Themistocle exercitus eor- um regimen tenente, honorificam victoriam de Xerxe reportarunt, septuaginta tamen, et septem annis labentibus. Decima sexta die eiusdem mensis ab Alexandro Laedaeomonia vi- cti, in servitum redacti facere. Veneti eodem die civitatem Paduae recuperarunt, ab im- peratore Maximiliano sibi ablata: quo prius ipsi a Carvariensibus esse comparaverant. Tri- gesimo die Septembris natus fuit Ca. Pompe- ius, et postea simili die trigesimo eiusdem men- sis Iudaeus, et Myrthalicus superavit: necnon et in campis Pharaelicis eodem die a Caesa- re ipse superatus fuit. Invioltissimus impera- tor Carolus Quintus in die sancti Matthiae na- tus est, et in die sancti Matthiae captivum du- xit regem Galliae Franciscum. Bononiae in die sancti Matthiae coronatus fuit a Clemente sep- timo, et in die sancti Matthiae imperium in Electorum manus rennovavit, ac tandem in die sancti Matthiae eius exequiis, et funera- lia celebrata fuere a Ferdinando imperatore fratre suo. Haec certe una, et eadem tot even- tum circumstantia, eximiam Caroli Quinti fe- licitatem indicabat, per felicem sancti Matthiae sortem apte designat, qua ad Apostolatus cul- men fuit evectus. Non dissimiliter igitur tria haec mysteria, adventus Magorum in Bethle- hem, baptismi in Jordane, et conversionis aquae in vinum in Chana Galilaeae, quia signanter singularia erant, ad Christi Domini divinita- tem manifestandam, eiusdem temporis circum-

stantia voluit Deus esse notata. In baptismo quidem Iordanis, et in nuptiis Chanae Galilaeae satis liquet illam fuisse ostensam, cum ibi vox Patris intonuit (*Matth. 17*): *Hic est filius meus dilectus*: hic vero potentia Divinitatis innouit, quae solo verbo sicut in primarum rerum creatione aquam in vinum convertit, quae et conversionem vini in sanguinem suum praenolabat. In adventu vero Magorum satis utique illa se detexit: nam certe infans pauperulus, et in stabulo inventus, nisi aliquoquin Deus fuisset agnitus, nequam, qui reges Arabum, et Saba erant, in genua procumbentes, illum adorarent. Antequam tamen Christus Dominus divinitatem suam carne indutum in Bethlehemitica porticu, eorum oculis intuentem obiceret, duplicem ad eos nuncium misit, divinitatis suae miram virtutem attestantem, unum visibilem, nuntiantem scilicet stellam, quae instar igneae columnae, ut olim Aegyptus per desertum, recto tramite eos duxit usque ad locum (*Matth. 2*): *Supra ubi puer erat*. Circa quae verba illud quamvis obiter adnotare non praetermittam, nolenter evangelistam dixisse, *supra, non super*: quia illud intererit haec duo adverbia, quod per particulam *super* insinuat id, quod est superius, regi, et gubernari ab eo, quod est super ipsum, ut exemplum sedentis super equum sicut demonstrat, et patet etiam, quando Christus, ut ait *Matthaeus, ambulans super mare*, accessit ad Discipulos: fluctus enim maris a Christo Domino regi significavit. Per particulam autem *supra* indicatur e contra, rem superiorem gubernari ab ea quae subitus illam est, in quo sensu Ecclesia Catholica dicitur (*Matth. 16*), *fundata supra petram*, scilicet Christum, a quo illa sustinetur, dirigitur et gubernatur. Hinc ergo fit, quod sacer Evangelista ut significaret infantem in praesepio iacentem non regi a stella, sed illum potius eam regere, ideo sapienter dixit, stellam stetit *supra*, non *super ubi puer erat*. Alter autem nuncius, fuit invisibilis, divina scilicet inspiratio, corda eorum occulte tangens, sine qua nihil prorsus visibilis ille stellae nuncius ipsis profutisset, et contigit Lydiae, de qua narrat d. Lucas, quod nullam utilitatem praedicationi divi Pauli ei attulisset, nisi aures cordi illi Deus misericorditer aperisset. *Aperuit, inquit, Dominus cor Lydiae purpurariae, ut audiret ea quae dicebantur a Paulo*. Quibus verbis non dissimilia sunt illa libri (*1. Reg. 9*), ubi cum sermo esset de his, qui secuti fuerant regem Saulem cum ascendit in Gaba, haec verba habentur: *Abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda*. Atque propter hoc ipsum significandum Apostolum audio dicentem (*1. Cor. 13*): *Neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat Deus*. Hanc internam motionem cor hominis efficitur tangentem, vocavit Christus Dominus *tractionem*, ut miram eius efficaciam declararet (*Ioan. 6*): *Nemo venit ad me, nisi Pater meus, qui misit me, traxerit illum*. Sed quaeso, cur Dominus vocat illam tractionem a Patre, cum etiam sit a Filio, et a Spiritu sancto? etenim, cum sit opus ad extra, ut Theologi loquuntur, necesse

est, indivisum esse toti Trinitati. Bifariam satisfieri posse opinor huic interrogationi secundum geminam acceptionem huius vocis, *Pater*, quam theologia docet essentialiter, et personaliter accipi posse. Si ergo in primo sensu accipiatur, manifestum est nullam trium personarum excludi ab illa tractione, cum omnes sint essentialiter pater omnium creaturarum. Si vero in secundo sensu accipiatur, scilicet *personaliter*: difficilius est respondere. Dicam tamen quod divus Augustinus me docuit (*lib. 1. de praedestin. sanct. c. 8*): ibi enim ait, quod quia solus Pater est persona imprudens, cum nihil ab alio recipiat; Filius vero, et Spiritus sanctus sint personae productae, et omnem virtutem operandi quam habent, habent a Patre tanquam a perenni fonte, ideo speciali ratione Christus Dominus attribuit Patri tractionem: quia licet omnes tres personae trahant, sed non virtute a se, sicut Pater, sed ab illo originaliter accepta, ipse vero a nullo: sed et Iustini (*in explic. q. 100. resp.*), et Chrysostomi (*sup. c. 7. Ioan.*) planiorem aliam intelligentiam apponant: aiunt enim, quod tamen Pater in praedicto loco personaliter sumatur, cum tamen virtus trahendi cor humanum sit ipsamet Divinitas, et haec sit eadem Filius, et Spiritus sanctus, consequens est, quod trahente Patre, trahant indivisa tractione Filius, et Spiritus sanctus: et ideo in praedicto loco Christum non exclusisse Filium, aut Spiritum sanctum ab ea tractione, qui potius communem omnibus esse voluisse.

Ut tamen ad rem nostram redeamus, in eo valde se ostentavit mira Christi Divinitatis virtus pariter et misericordia, quod reges hos, alioquin Gentiles, et Idolorum cultores, ad Catholicam fidem traxerit. D. Ioannes in sua Apocalypsi, coelestem Hierusalem describens, non una, sed duodecim portis ad eam intrari posse testatur (*Ezech. 40*): *Habebat murum magnum, et altum habentem portas duodecim*, quarum tres, subdit, quod respiciebant Orientem, tres Occidentem, tres Septentrionem, et tres Meridiem, quibus consonant alia Ezechielis dicentis (*ibid.*): *Habebat portas ad diversas mundi plagas*: quod consulo factum arbitror, ad significandum procul dubio, nemini aditum praedicti Christi praepcepta observanti in coelestem Hierusalem: quod et mihi etiam figurasse videtur mare illud aeneum, quod Salomon fabricari iussit, quod duodecim boves sustinebant, quarum singuli tres in singulis quatuor mundi partes faciem vertebant: ut enim adnotavit Beda (*lib. 1. de temp. Salom. c. 19*), artificiosum illud mare aquae plenum baptismum praenolabat; quod autem boves ad sustentum mundi plagas respicientes illud sustinebant, illud proculdubio indicabat, baptismum, qui ianua est catholicae Ecclesiae, tam Iudaeis, quam Gentilibus, tam Graecis, quam Arabis, et cuiusvis alicuius nationis esse paratum: quod et Dominus, tam in nativitate, quam in morte mihi docuisse videtur, cum ibi in porticu porta carente natus, et hic extra portam passus fuerit, ut ait divus Paulus (*ad Hebr. 13*). Ad id etiam significandum flori campi se comparavit (*Cant. 2*): *Ego flos campi*: nam cam-

pus, cum portis careat, certe ad carpandos eius flores omnibus patet aditus, floris tamen hortu, quia clausus esse solet, non omnes eius saevocentia fruuntur. Ecclesiae catholicae Patres eximiam hanc Dei benignitatem, qua Gentiles etiam ab eo aversos, velut hos tres reges, paterno affectu recipit, considerantes, multa eaque egregia nobis scriptis suis contestata reliquere, ex quibus non moleste feram, saltem pauca quaedam selectiora hic atferere. In primis divus Ambrosius (*lib. 1. de Spir. sancto t. 4*), explicans figuram illam de vellere Gedeonis, cum ros existens in vellere, sola area erat siccata, et quando ros descendebat in aream, manebat vellus siccum, in hunc modum loquitur: *Ros in vellere, fides erat in Iudaea: quia sicut ros Dei verba descendunt; ergo quando totus ros infuclucioso aestu gentilitiae superstitionis arebat, tunc erat ros ille celestis visitationis in vellere; postea vero, quam oves, quae perierunt domus Israel, unde puto Iudaeo vellere adumbratam, oves, inquam, illas fontem aquae vivae negarunt, ros fidei humectans exaruit in pectoribus Iudaeorum, meatuque suos fons ille divinus in corda Gentium derivavit. Hinc est, quod nunc fidei rore totus orbis humectat; ut vero Iudaei prophetas suos, et consiliarios perdidissent: nec mirum, si perfolias subeant siccitatem, quos Dominus Deus propheticis imbris ubertate praevarit, dicens: Mandabo nubibus meis, ne pluant super vineam istam: et paulo inferius subdit: Venit ergo iam Dominus, venit et pluvia, et ideo iam nos bibimus qui ante stitimus. Non tamen otiose velius non in campo posuit, vel in prato, sed posuit in area, ubi messis est tritici: messis enim multa, operari autem pauci, eo quod per fidem Domini futura esset messis fecunda virtutum. Neque illud otiosum, quod exsiccat vellus Iudaeum, et rorem eius misit in pelvium, ut repletur aqua, non tamen ipse eo rore pedes lavit: alius debebat tanti praerogativa mysterii, expectabatur ille, qui sordes omnium posset abluere; non enim Gedeon, sed filius hominis venit, non ministrari, sed ministrare; hoc propheta batur, quod illo rore coelesti, Discipulorum suorum Dominus Iesus pedes lavaret, ut habes in Evangelio Ioannis (*c. 13*): idem ait: Senior populus qui egressus est de Aegypto, in deserto sepultus est: junior autem, qui est successit, Iesu Duce, in terram promissionis inducitur. Senior ille populus typum habuit Iudaeorum, junior vero figuram habuit Gentium. Ille populus senior transiit mare rubro sepelitur in eremo; junior vero ad hoc transit Iordanis fluvium, ut acciperet regnum.*

Idem praeterea super illud: *Lactabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa*, sic ait: *Sicut David abstulit Goliath gladium, et ipsius gladio caput eius eiecit, sic verus David humilis, et mansuetus Dominus Iesus intelligibilis, Goliath caput armis ipsius amputavit: arma enim diaboli gentes erant, fide autem Gentium vulneratus, caput quod habebat, amisit; distracta sunt spolia prostrato, vasa eius direpta, quia aliquid est fortis; vas diaboli caro erat hominis peccatoris; sed postquam in Christum credidimus, caro nostra coepit esse*

CARTHAGENA DE SS. TRINIT. ET CHRIST. DOM. — Vol. IV.

vas electionis, ut de Paulo Apostolo dicit Dominus Iesus ad Ananiam. De Iudaeis etiam Dominus abstulit spolia, hoc est regnum colorum, et dedit genti sicut fructum eius. Merito exulto, sicut qui invenit spolia multa: sine labore non invenit spolia, quae non habebant. Inveni Pentateuchum, libros regum, prophetarum scripta, etc. Habent illi libros, sed sensum librorum non habent: habent prophetas, sed non habent quem illi prophetaerunt, ideoque et cum Moysse, et Helia mihi apparuit, quia ab illis recessit, etc. Hebraei spoliaverunt Aegyptios, et vasa eorum abstulerunt. Iudaeorum spolia habet populus Christianus, et totum habemus, quod illi habere se nesciebant. Illi aurum, et argentum materiale abstulerunt, nos aurum mentis accepimus, nos acquisivimus coelestis sermonis augmentum. Merito ergo vocatum est nomen Christi: velociter spolia detrahe, cito pradare, quia priusquam sciat puer vocare patrem, aut matrem etc. haecenus ille.

Divus Chrysostomus ea quae solet eruditione (*lib. 10. in cap. 35. Isaiae*) haec habet: *Lactabitur deserta, et incia, et exultabit solitudo, et florebit quasi lilium, etc.* Quoniam Hierusalem conversa est in plevium, et ascendit fumus illius sempiternus, et habitant in ea onocrotalus et hericium, ibis et corvus, et dracones, et struthiones, daemonia, et encenotauri, lamiae, et pilosi, et damini. Super eam impleta est sententia: Relinquetur vobis domus vestra deserta, propterea quod prius deserta fuerat, de qua in palmo dicitur: *Vos domi concubitis deserunt, et commorabit Dominus deus Cades*. Vos domi praeparavit cervos, et revelabit condensa sylvarum; mutantur in rerum omnium abundantiam; et pupantibus cervis de universis salibus nationum, bestiae quae eos possederant, expelluntur, ut impletur illud, quod in hoc eodem propheta dicitur: *Lactare sterilia, quae non parit, erumpet, et clamata, quae non pariturus, quoniam plures filii derelictae, magis, quam eius, quae habet virum*. Haec erat prius sitiens, sed in incia, non habens pitales aquas, et Dominus nunc gradiebatur per eam, quae florebit, ut lilium, ut cum Apostolo dicit: *Bonus odor Christi sumus in omni loco, et illud Canticozum: Flores eius sunt in terra nostra, mandragoras dederunt odorem suum*.

Idem etiam (*lib. 1. in cap. 2. Michaeae*) haec praecleara scripsit: *Ascende per divisionem; locus iste manifestus fact, si de Genesi sumptissimi exemplum, ubi nascuntur gemini de Tamar, cum qua Iudas patriarcha concubavit. Factum est, inquit, cum pareret, et haberet geminos in utero: in ipso partu unus protulit manum, et tulit obsteriz, et ligavit in manu eius coctinum dicens: hic egredietur prior; cum autem contractisset manum, statim egressus est frater eius, et illa ait: Quare dicis est prior te mater? et vocavit nomen eius Phares, quod interpretatur decisio: et post haec egressus est frater eius, in cuius manu erat coctinum, et vocavit nomen eius, Zarah: quod in lingua nostra interpretatur semen, vel oriens. Ostendit ergo senior populus, in quo erat ortus, et semen antiquam de gentibus Ecclesiam nascentur, manum suam in operibus, et postea contractit eam, audiens per Isaiam: Manus enim vestras sanguine*

plena sunt. Cumque ille contraxisset manus, et a iustitia cessaret operibus, frater eius egressus est gentium populus, et propter ipsum dicitur esse seges, et destruxit Dominus, atque Salvator, ut ille posset incidere parietem, et fecit unum gregem, et duos creavit in semetipso, in uno novo homine faciens pacem. Sanctus Augustinus (lib. 17. de Civ. Dei cap. 40), praesens argumentum tangens: Anna, mater Samuelis, illi, cecinit Domino, arcum potentium fecit infirmum, et infirmi praecincti sunt virtute; pleni panibus minorati sunt, et esurientes transierunt terram, quia sterilitis peperit septem, et multa in filiis infirmata est. Pleni panibus Iudaei sunt, quibus credita sunt eloquia Dei; Gentes autem, quibus lex illa non erat data, postquam per novum testamentum ad eloquia illa venerunt, et nullum esuriendo, terram transierunt, quia in eis non terrena, sed caelestia sapuerunt. Tunc sterilitis peperit septem, ubi est universae Ecclesiae significata perfectio: sterilitis enim erat in omnibus Gentibus Dei civitas, antequam isto foetus per quem eam factam fecundum carnis, oriretur; carnis enim quae nulla in filiis erat, nunc infirmata Hierusalem terrenam. Nunc enim, quoniam tibi littera est, et spiritus non est, amissa virtute infirmata est. Dominus mortificavit, et vivificavit illam, quae nulla erat in filiis, et vivificavit hanc sterilem, quae peperit septem. Idem etiam sanctus Pater Augustinus (ser. 100) alia hinc argumento satis consentanea in haec verba profert: Uva de terra promissionis, duorum obsequio desortur in sero recte pendens. Possunt isti duo Christianum, et Iudaicum populum figurare Synagoga, et Ecclesiae populi. Et quia prior fuit Iudaeorum populus, praecedit Iudaeus, sequitur Christianus. Salutem suam hic ante conspectum suum gerit, ille post dorsum. Hic obsequium praefert, ille contemptum. Unde de Iudaeis propheta testatur: Obscurentur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurva. Christianus praesenti munere fruatur, Iudaeus solo onere praegravatur, quia Christus, sicut credenti salus, ita onus non credenti. Iudaeus enim ille specialiter annunciat, de quibus dictum est: In sua venit, et sui eum non receperunt, factus est eis lapis offensivus, et petra scandali, et quem Israel non cognovit, Gentium pedes recepit. Portat quidem Christum in lege Iudaeus; sed a gratia, quam in mysteriis portat, aversus est, quia, quem praedicatione suscepit electus, corde perdidit incredulus: et quem unus aspernatur in lege, alter admiratur in corpore. Unde amorum Dominus, et Redemptor noster ab hoc adorante gestatur, ab illo se aversantio suspenditur, ac sic impletum est in Iudaeis: Verterunt ad me terga, et non faciunt; et Christum Dominum, quem prior populus Iudaeorum, et post dorsum reliquit, et crucifixi, nos postea venientes, adorant, et portare merentur. Unde quantum possumus, cum ipsius aditorio laboremus, ne a cervicibus nostris tam sanctam sacraeinae malis operibus deponamus. Ac tandem antiquior his operibus deponamus. Origenes (hom. 2. in cap. 2. Cantic.) inquit. In tertio regnorum libro scriptum est de regina Saba, quae venit a finibus terrae audire sapien-

tiam Salomonis. Haec autem concepit personam Ecclesiae, quae ex gentibus venit ad Christum. Infra. Venit ergo haec, immo, et secundum figuram eius Ecclesia venit ex gentibus, audire sapientiam Salomonis veri et pacifici Domini nostri Iesu Christi. Venit ergo in Hierusalem, ad visionem scilicet patris, cum multitudine, et virtute multa: non enim, cum una sola gente, ut prius, Synagoga solos habuit Hebraeos, sed cum totius mundi gentibus venit; deferens etiam munera digna Christo. Odoramentorum siquidem suavitates opera sunt bona, quae ad Deum per odorem suavitatis ascendunt. Cum ergo apparatus intrat ad pacificum regem Christum, et ipsi aperuit cor suum in confessione, et poenitentia, scilicet praecedentium delictorum, et locuta est ei omnia, quae erant in corde suo, propter quod et Christus, qui est pax nostra, emicavit ei omnia verba eius, et non est verbum, quod omiserit reae, et non emicaverit ei, id est Ecclesiae ex Gentibus congregatae. Et nonnullis interpositis subdit: Ubi Abimelech Aethyops vir eumelchus, cum audisset, quia Hieremias in lacum missus est a Principibus populi, eduxit eum inde. Et puto, inconvenientis non videri si dicamus, quem principes Israel condemnaverunt, et in lacum mortis miserunt, iste alienigena, et obscurae gentis homo, et de generis, id est populi gentium, eduxit eum de lacu mortis, resurrectionem scilicet eius a mortuis credens, et ideo Dominus reliquens populum Israel pro peccatis, ad Aethyopem verba dirigit, et ad ipsum mittit Prophetam, et ipse dicit: Ecce ego adduco verba mea super civitatem istam in malo, et non in bono, et salvabo te in die illa, et non te dabo in manus hominum, sed salvabo te. Haec tenus Patres, quibus nos tria praecipue addenda censuimus ad praesens Magorum regum argumentum illustrandam magis, et locupletandam. Primum est, quod quoniam sanctus Epiphanius (in comp. doct.), Tertullianus (con. Iud. et etiam con. Marcionem), neonem et Instinum martyr (con. Thyphonem), Cyprianus (de stel. et mag.) cuius nos meminimus in prima homilia huius libri, opinati fuerint hos reges fuisse Arabes, simul tamen assero, ex magno patre Abraham oriundos esse, quod tametsi tamquam inauditum, et novum admirationem pariat, omni tamen exceptione maiora testimonia, quae in medium producimus, assertiois nostrae probabilitatem facile comprobant. Et quidem impetis extat ad id adstruendum insignis locus Rabbi Moysis Aegyptii dicentis: Saba sunt filii Abrahae, sicut scriptum est: Iersam genuit Saba, ille Iersan est filius Abraham ex Ceptra, ab hoc Saba tota illa regio denominatur: et ibidem tradit, quod Regina Saba venit tentare Salomonem in aenigmatibus, quia arbitrabatur esse Messiam, de cuius adventu ab Abraham edocti erant, iuxta illud (Gen. 25): Num celare poterit Abraham, quae gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam. Deinde celebre testimonio lego lib. (Gen. c. 25), ubi, postquam sacer textus commemoraverat inter filios Abraham, quos non ex Sara, sed ex aliis uxoris generat, Saba, Madian, Ephra, quorum meminit Isaias (cap. 60), subdit, quod Abraham dedit cuncta, quae possederat Isaac; filios autem

concupinarum largitus est munera: quasi diceret: bona immobilia reliquisse Isaac, mobilia vero, instar numerum, praedictis filiis donasse. Ne autem inter ipsos, et primum genitulum Isaac, et invidiae causae excitarentur, prudens pater Abraham ad plagam orientalem misit eos. Doct autem sanctus Epiphanius (in Compendio Doctrinae), Abraham inter munera illa, quae filiis ad Orientem misit, et donavit, aurum, thus, et myrrham fuisse: verba eius sunt haec: In mysterio conclusit Abraham imperii thus, et myrrham, et aurum regum Sodomorum, et Gomorrhae, hoc est, singulari mysterio donavit eis aurum, thus, et myrrham, quae tamquam spolia a regibus Sodomae, et Gomorrhae in bello extorserat. Mysterium certe nullum aliud illud erat, quam quod Ecclesia catholica nunc celebrat, oblationem scilicet regum orientalem, qui a filiis Abraham descendentes, tria munera, ut illi, Christo Domino religiose obtulerunt. Spiritu namque prophético agnoscens Abraham, non solum Christum, ab eo oriundum per filium suum Isaac, sed et Gentiles ab ipsomet per alios filios oriundos, ad Christum fidem esse convertendos, tria illa munera praemisit, quae tria Magorum regum dona Christo offerenda adumbrarent: et propterea Epiphanius scilicet dixit Abrahamum in mysterio dedisse filiis suis praedicta munera. Quod si quisquam a divo Epiphano quaerat, unde, vel a quo, hoc ipse didicerit? Respondet, id se reperisse in traditionibus Hebraeorum, quarum alteram nos supra retulimus ex Rabbi Moysae Aegyptio. Secundum, quod adiungimus, est, hos tres reges Magos in pignus subiectionis, quam profitebantur, Christo Domino, tamquam bellatori forti, qui eos expugnaverat, praedicta munera obtulisse. Unde sicut olim David, postquam de Philistaeis victoriam reportaverat, ait sacer textus, tulit David froenum tributum manu. Philistim. Moris enim fuit apud antiquos, ut ad propriam servitutem, et subiectionem manifestandam, victori in primum tributum, froenum offerrent, quo equi regi, immo et compesci solent. Non dissimiliter verus David, Christus Dominus ab his mysticis Philistaeis illi religiosi cultus, et laudis froenum; sic enim illum vocaverat per Isaiam (c. 48): Lave de manum froenum te, ne intereas, quibus illum in stabulo collocant. Tertium, quod observandum duxi, est, fuisse sine dubio speciale Christi donum, quod Magi dona ei offerrent: duo enim mihi facile id persuadent, tum, quod David, ad id docendum, ni fallor, dixit (Psal. 67): A templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera: videbatur potius dicendum: reges allatores fore munera ad templum Hierusalem, non vero a templo. Consulto tamen arbitror, dixisse a templo, ad significandam ipsam etiam oblationem munerum, quae Christo dantur, divinum munus esse, ab ipso templo Domino, vel ab ipsa Christi humanitate, quae templum est Divinitatis, corporaliter eam inhabitantis emanans. Maxime quod hi tres reges, et tribus suis muneribus, testimonium omni exceptione maius de Christo tribuerunt, quod absque speciali Dei dono praestare non potuissent. Sicut enim tres sunt, qui testimo-

nium dant in coelo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, ita nunc tres hi reges, et tria eorum munera testimonium perhibent in terra Christo Domino, Deum, hominem, et regem illum attestantes: et sicut illi tres in coelo unum deitate sunt, ita et hi tres unum mystico, charitatis vinculo copulati erant, in qua brevi spatio tanloper creverunt, ut sanctus Hieronymus de eorum adoratione sermonem instituens, dicit: Magi, adorato Domino, thesauris suis, id est secretis mentium patfactis, animorum motus nactaverunt pro munere, eosque morbos, per quos aliquid, aut cupimus, aut metuemus, aut dolemus, velut ante pietatis aram, et misericordiae altare posuerunt, ut, sed in auro avertia, vel in thure idololatria, vel in myrrha feret Domino subiecta mortalitas, a quo eius utique capta erat deducenda captivitas. Sub his ergo Magorum, et nonnullis, et oblationibus, omnimode ille divinorum operum Interpellator exauit; quoniam Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Quis enim tam aut aurum audeat possidere, si Domini est? aut Idolis thura conerare, si Myrrha tam vici est? Magi agressi veteris vitae reliquiae vestigia, novum iter ingressi, carum sarcinis, non vacui benedictionis cantaverunt: Revertere anima mea in requiem tuam, qua Dominus benefecit tibi. Deinde illud idem mihi persuadet, quod experientia frequenter salis comperimus, divites, avaritiae morbo laborare, et in elargiendis Christo muneribus, parcissimos se exhibere, immo, et ipsum Christum persaepe explorare, Iudaeos imitantes, qui vestibus suis illum exuerunt, et super illas rotas miserunt. Eargitas ergo Magorum non potuit non speciale Dei donum esse: agnovit enim id, quod postea divinus infans, grandior factus praedicavit, divitias spinas esse pungentes, et ideo, ne pungant, manu porrecta, non compressa, esse confectiondas; sic enim fiet, ut a nobis bona ex larga Dei manu accepta, eidem munificentissimo datori larga manu retribuendum, magna ipse in aeternum retribuatur; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Hispaniae reges veros aemulatores esse religionis trium regum Magorum, multiplici eruditione ostenditur, in illa verba: Reges Tharsis, et insulae munera offerent, reges Arabum, et Saba dona adducent.

Quidam perdocti interpretes arbitrantur, in his verbis subintelligendum esse causalem illam, quia: ita ut seusus sit, quia reges Arabum, et Saba ad Christum adorandum, et muneribus cumulandum venerunt, ideo reges Tharsis eius vestigia sequentes, tamquam veri eorum aemulatores, ad eundem colendum, et mu-